



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Natale confessore. Cap[itulum]. cxxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

daret: iussit illum apud virmianum adduct: et duos maximos clavos sine taringas a ceruice vsq; ad crura configi. r. f. alios clauellos intra yngulas r. carnem digitis manum immitti. Et sic confossum decollari. De cuius collo columba nucea extens celum aduolare visa est. Qui passus est pridie kalen. nouembis. Corpus aut eius fluuio sequane demersum a preside adlesione terre plumbi et limi ceno sepultum est: nea christianis inueniretur. ¶ Sed post annos. lv. a quadam matrona romana eusebia nomine taliter repertum est. Cum esset ipsa mulier ceca esset: angelus ei tertio apparuit: eamq; admonuit vt in galliam ad corpus sancti quintini martyris requirendum accederet: sicq; visum recuperaret. Que dum locum ignoraret: angelico ductu illuc tandem deuenit: r. de corpore a multis requirens nihil omnino inuenire valuit. Dum autem orasset ad dominu: corpus ex vna parte de flumine r. caput ex alia enatauit: r. vsq; ad manus mulieris accessit. Quod illa accipiens omnino incorruptum nimioq; odore fragrans: ad virmianum castrum portare disposuit. Sed dum ad radices montis peruenit corpus omnino immobile factum est: vbi diuina cognita voluntate eusebia corpus rursus lauit: r. continuo eius tactu lumen recuperauit. Plurimi quoq; infirmi a diuersis languoribus in eius inuentione sunt curati. ¶ Post decursum autem annorum. cccc. dum corpus sancti martyris iterum esset incognitum: sancto eligio nouionensi episcopo reuelatur. Qui post festinum triduanum: dum locum sibi ostensum vbi latebar effoderet: nocte lux de celo tanta circumfulsit: vt dies orra a pluribus crederetur: odoris q; suauissimi fragrantia erupit. Corpus ergo sancti repertus ac leuatum: honorifico ac precioso locello condidit: ecclesiamq; r. monasterium ibidem edificauit. Anno dñi. ccccclvij. vbi ad presens sanctorum corpus requiescit: signisq; mirabilibus refulget.

De sancto natali confessore. Cap. cxxvij.



Natalis confessor tēpore zepherini pape rome claudit. Qui dum sanctis operibus polleret: deceptus ab asclepio et theodoro collectarijs: qui ambo

discipuli erant cuiusdam coriari apostate: ab ecclesie communione deieci: acquieuit vt episcopus illius heresis nominaret acceptis pro salario. et. nummis mēstrue prestationis. Sed admonitus sepius a domino vt reciperet: dñi amore turpis lucri recusaret: nocte quadam in somnis ab angelis diris verberibus flagellatur. Mane aut liuores r. vniuerū cyatricos in scapulis reperies ac si vigilans corpalliter passus esset: territus ad papam zepherinum adijt r. visionem narrauit. Quem ille penitentem benigne suscepit: r. dignitati renuncianti satisfactionem imposuit. Natalis ho vitam in melius commutans: laudabilis finit: r. eiusdē pontificis tempore post modicum in pace quieuit pridie kalen. nouembis

¶ Explicit liber nonus.

Incipit plog^o decimi libri.



Decim^o liber

huius catalogi continet in se passiones r. gesta illoru sanctorum quoru festiuitates eueniunt infra tempus: in quo representat ecclesia propagationem illorum eius filiorum: qui fuerunt ecclesie eiusdem augmentatores: quales fuerunt sancte virgines. Hoc aut tempus est a kalendis mensis nouembis vsq; ad aduentum domini. Et hoc sub figura sanctorum prophetarum: quorum tunc vaticinia r. prophete leguntur. Hi em: vt plurimu carnali spere contugio: in corporis r. mentis integritate domino seruientes aduentum christi r. futura tēpora per spiritum predixerunt: r. populum dominum suis vaticinijs a vitijs r. erroribus reuocare: r. ad viam veritatis reducere studuerunt. ¶ Ad huius igitur temporis vltimi festa pertractanda veniendum est.